

D6.12.

Bl 1834 8

Ad
INVECTIVAS

in.

XPIΣΤΟΜΑΧΟΥC

Die III. Ianuarii M DC LXXIX.

Hora locoque consuetis
audiendas,

*Qua pars est obseruantia & humanitate,
inuitat*

M. CHRISTOPHORVS CELLARIUS,
Scholæ Episc. Rector.

C I Z A E ,
Typis F R I D E M A N N I , H E T S T E D I I .

h.



ha
CATALOGUS
LIBRARIA
MICHAELE BRUNNII
SCHOOLMARMER
in LIBRARIIS
GALLORUM
SCOLARUM FRANCORUM
CIVICIS
TIBI TERRAMANNA HESTA



¶
¶
¶

Ætatur cœlum, lætatur terra, & omnis Christianorum orbis in lætitiam effunditur, cum DEVVM de cœlo descendere, & humana carne vestiri, atq; sic salutem afferre παντὶ τῷ λαῷ, hoc est, Syro interpretante, Κόςτος τὸν νιuer-
so mundo, Luc. II, 10. anniuersariis sacris cogitat. Soli Judæi ex omnibus gentibus sunt, qui, diuinis quanquam oraculis instructi, tamen dum hoc audiunt, nostrasque solennitates vident, fremeret atque frendere, & impio ore blasphemias eruere nunquam desistunt. Alium enim quemuis nebulonem pro Messia recipere malunt, quam nostrum IESVM NAZARENVM DEI Filium fateri, suumque liberatorem. Vidimus nuper, cum nostri de *euerstione Hierosolymorum* declamarent, quo impudentiæ gens impia Traiani & Adriani tempore processerit, vt BarCoziba quendam sibi regem atque Messiam constitueret, coque duce incredibilem cladem Christianis & Romanis vbiq; terrarum afferret. Ex Sepher Iuchasin, & ex Schalsheleth Hakkabbala produxi illo tempore, quibus tragœdiam impostoris Ben-

X 2

Cozba,

Cozba, aut quocunque alio nomine vocant, confirmabam: sed tum charta exclusus, tum præsertim chronologico libro R. Ganz, quem *Zemach David* vocat, destitutus persequi materiam illam prohibebar. Multum enim spei habebam, me inuenturum in illa Chronologia esse, quod alii Iudæi negarint: siquidem Rabbi ille interdum candidus est & ingenuus, quod vel ex sola CHRI-**S**TI nostri patria appareat, quam alii inuidia celant, ipse vero Parte II. ad annum Millenarii quarti D C C L X I. his verbis declarat,
רשות נוצרי בולד ובבירת לחתם יהוּרָה פרשה ומחרת
טירוליס בשנת ג אלף וחמש מאות ליצירה והוא שנח מב אוגוסט
id est: *Ieschua Nazarenus natus est in Bethlehem Iehuda, sesquimilliario ab Ierusalem, anno 3761. ab orbe condito: qui fuit annus XLII. Cæsaris Augusti.* Etiam illud nobis gratum est, quod hic Iudæus fere solus Christianorum Messiam ישוע *Ieschua* cum litera י scribit atque sic *Saluatorem* appellat, cum ceteri omnes י deinde ישע *Ieschu* vel *Iischu* & scribant & pronuncient. Rationem mysterii impii R. Elias in *Thischbi* p. 42. hanc reuelat,
לפניהם שהיורדים אינם מודים שהוא היה המשיח לפיכך אינם רוצחים לקראו ישוע והפלו העין וקורין לו ישוע quia Iudei non concedunt, quod ille fuerit Saluator, ideo nolunt ipsum vocare *Ieschua*, sed abieco *Ain Ieschu*. In hoc itaque

que libro Zemach Dauid, quem diu desideratum
nunc demum Pragenfis Iudæus misit, Parte 1.
pag. 41. A. vtramque calamitatem, & quam rebel-
les Judæi Romanis, & quam Romani vltores Ju-
dæis attulerunt, non minus graphice, quam in
Xiphilini aut Eusebii monumentis, descriptam
inuenio. In Africa enim, in primis Alexandriæ,
Ægyptia metropoli, occisum a Judæis tradit
עם גְּדוֹלָה וַיְכִיל אֲשֶׁר עַל שְׂפַת הַיּוֹם לֹא יִסְפֶּר
populum tantæ multitudinis, quantæ est arena in lito-
re maris, quæ numerari nequeat. Nec suorum
cladem, ut multi faciunt, subticet hic Iudæus,
sed genti suæ plus damni ait allatum a Traia-
no Adrianoque, quam a Nebusar Adon, aut
Tito Cæfare, Hierosolymorum euersoribus.
Nam circa solam regiam BarCozbæ urbem,
Bittera, ארבע פאות רבי quadringentas myriades, vel
decies centena millia Iudæorum cæsa esse Tal-
mudistarum suffragio comprobat, nec deesse
dicit, qui maximum hunc numerum incredibili
accesione auctum eant, ex quo cladi magni-
tudo abundantissime intelligi potest. Si cau-
sam quæris calamitatis tantæ, tergiuersantur
pleruinque Apellæ, nec fateri facile solent,
suo se iumento tantum malorum funestam-
que cladem aduexisse. Fabulas enim & nugas
affe-



afferunt Talmudistæ , indignas, quæ huc trans-
ferantur. Expressit illas & latinitate donauit
JOHANNES LIGHTFOOT, Anglorum facile doctissi-
mus, in Chorographia Matthæi cap. LII. quo cu-
pidos fabularum & nugamentorum alegatos
volumus. Plus candoris iterū *auditor Zemach David*
præse tulit, veram belli causam hanc recensens,
בן כזיבא הנקרא בר כוכבא טרוד ברומייס ועשה עצמו משיח
Ben Coziba, qui etiam Bar Cochba dicitur, rebellavit
contra Romanos, & fecit se ipsum Messiam. Tanta
vero clade affecti ab impuro nebulone turpissi-
meque elusia mendacii filio, tamen honorificam e-
ius mentionem faciunt, & hoc ipso significant,
se nequam etiam homines non parui facere, a
quibus in libertatem restitui posse confidunt. R.
Lipman Mulhusinus, in Nizachon num. 132. vt
probet, non ita sceptrum a Iuda ablatum fuisse
Messiae nostri seu Nazarenitempore, quin subin-
de redierit ad illam gentem ; hunc ipsum Bar Co-
ziba allegat, qui *לאחר החורבן פLER בכיתר post deuastatio-*
nem Titi regnauerit in Be Thar, seu Bittere, neque
hic solus, sed etiam, si diis placet, בנו בזבנו filius
eius, atque nepos, per successionem. Illud etiam,
quod ipsi Iudei euentu edocti hunc impostorem
pro Stellæ filio , communi suffragio vel
בר כזיבא mendacii filium appellarunt, male quos-
בר כזיבא dam



dam superiore tempore habuit , ex quibus au-
tor libri Iuchasin pag. 35. B. contendit , cogno-
mentum hoc non mali euentus significationem ,
sed שָׁמָן nomen prouinciae esse , & patriam Ben-
Cochbæ declarare , quasi vero Ebræi gentilitia
nomina per פְּנַי vel בְּרַי , & prouinciae vocabulū de-
scribere in vsu habeant . Vides sic , quo mala cau-
sa impudentissimos homines deduxerit . Digni
itaque sunt , in quos Christiana pietas inuchatur ,
& divinos Saluatoris nostri honores contra impi-
am gentem defendat . Cum autem non soli sint
Iudæi , qui Deitatem Messiæ nostri oppugnatum
eant , sed alii pene multi se se his associent ; puta-
uimus facturos nostros esse , quod pietatis & of-
ficii est , si in præcipuos κατισμάχας , (omnibus enim
bellum facere quanti temporis & laboris erit ?)
suum stilum , quamuis minus exercitatum , strin-
gant atque excrucendo cultiorem efficiant . Pro-
inde ita partes distribuimus , vt

OTTO FRIDERICVS Hansmann/

Numburgensis ,
in se proloquium suscipiat , & diuersa hostium
Saluatoris genera strictim enumeret :

IOH. HERMAN Albrecht vero , isque Has-
so-Rauschenbergensis , omnes ingenii vires in Iu-
dæis , antiquissimis nominis Christiani hostibus ,
pro-

profligandis & loco mouendis collocet. Nec mi-
nus curauimus *Arianos*, hostium facile callidissi-
mos, ab

HENRICO Gerlach / Thuringo-
Apoldensi,

sancta prudentia ex insidiis in apertos campos
deturbari, diuinisque armis configi atque exscin-
di. Quibus cum pares impietate sint *Nestoriani*,
hos

IOH. FRIDERICVS FLAXIVS,
Cizensis,

aggredietur, & quo castris expellere, inq; fugam
conuertere possit, pro viribus & ingenio operam
dabit. Tandem qui ordines duxerat, denuo in
arenam descendet, & Carmine in laudes Christi
Redemptoris nostri composito bellum hocce pium
pariter atque Scholasticum componet.


Musarum ergo patronos atque amicos, & qui-
buscunque commodum erit has sacras, & pro
honore CHRISTI REDEMPTORIS no-
stri compositas meditationes audire, etiam atque
etiam rogo, vt crastino die hora IIIX. Scholastico
exercitio interesse ne dedignantur. Oratores
nouellos non ingratos habebunt, neque parentes
eorum, qui adsunt, immemores, quod de Viro
maxime Reuerendo polliceor, inque me recipio.
PP, Cizæ, II. Ianuarii M DC LXXVIII.

Nr 3165,

8°

107

110



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



1834 8
TIVAS

AXOYC
DC LXXIIX.
consuetis

s,
a *Es* humanitate,
t
VS CELLARIVS,
Rector.

E,
HETSTEDII.

h.